



R.D. Jacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

10. O Clemens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

personae & diffinitione, ad flammam & pccatas eorum extinguendas. Quam pccatum nouissimè exereunt Floridescit in Alaci suo pccatario pro defunctis. Ali pingunt Christum spargentem Sanguinem super animas defunctis, & eorum focos; Virginem autem ex altera parte lac suum fundentem, ut commixtum sanguini eis proficiat indulgentiam. Quo quidem lacte significatur dulcedo & benignitas candida Virginis erga omnes eius auxilio indigentes etiam post hanc vitam.

Dum fluit Christi benedictio vultare Sanguis, Et dum virginem lac pia Virgo praeiit. Lac fluit & Sanguis; Sanguis coniungitur & Lac: Sic fit Fons vitae, Fons & origo boni. Fit Fons qui totum à peccato abluat Orbem, In qua mundatur commaculatus homo. Fit Fons vere suo miseris succurrere natus, Quos Orbi purgans flamma sistere facit.

O CLEMENS.

SECT. X.

Christus

D. & Ci-

mentia

edemend-

zur.

Luc. 15.

17. 42.

Ioan. 8.

Epist. 78.

B. Virgo

Christus Dominus maxime commendatur à clementia sacris in litteris. Vnde illud eius Elogium est laudis plenum: *Hic peccatores recipit, Et mandauit eum illis.* Licet. n. hæc verba in eum Pharisei interpretati animo maleuoli, tamen vere ad eius laudem pertinent & clementiam. Propter eam etiam de illo scriptum est, & de eius clementia: *Calamum quassatum non confringat & cinisum fumigans non extinguet.* Hoc est, miseris & infirmos peccatores non adiget sua austeritate & potentia ad desperationem salutaris, quasi eos confregendo aut extinguendo per seueritatem: sed ad fiduciam eriget, reparabit, animabit: per suam benignitatem & clementiam, scintillamque fidei & spei adhuc in eis fumigantem benigno flari suo reaccendet.

Hæc eius clementia maxime elucet in eo quod ab ipso gestum legitur erga mulierem in adulterio deprehensam. Audita enim eius accusatione, dicit accusatoribus: *Si quis sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.* Postea mulierem interrogat: *Nemo te condemnat?* Nec ego te condemno. *Vade, iam noli amplius peccare.* Quid clementius quid benignius? Sed & ipsum eius factum mysterio clementiam indicante plenum est. Scribebat. n. in terra, & inclinabat se dum accusatur adultera, quasi distularet accusationem, & quasi aliud agens ad alia attenderet, quia eius clementia non luberebat audire accusationem. Accusatoribus autem abeuntibus, crexit se Quod admirans S. Amb. *Vide Christi clementiam, cum accusatur mulier, caput inclinat Christi sequebatur ansem ubi deficit accusator: ita nullum damnare vult, omnes cupit absolui.* Notant & aliqui interpretes, quod scriberet in terra accusationem Phariseorum, quasi significas facile delendam, ut potest signata in monumento pulueris minime diuturno.

De ipsa Virgo Maria à clementia commendatur sicut & Filius: immò quadam ratione magis quam Filius, quia cum ipse sit Iudex etiam seueri-

tatem quandoque exerceat necesse est: debet enim & iustitia commendari, quæ ei ex officio incurrit. De hac re sic loquitur S. Ansel. *Veletior nuncquam est salus invocato nomine Mariæ, quam invocato nomine Iesu.* Non quod illa potentior sit, nam per illum ipsa potens est: sed quia Matrem sic vult Filium honorare, & quia Filius eius Dominus & Iudex sit, si cernens merita singulorum. Dum ergo Filio suo nomine non exaudit, si se facit, invocatus autem nomine Mariæ, si invocatus merita non merentur, Mariæ tamen merita intercedunt.

Ideo etiam P. Laur. Justini. *Nosquitur in honorem istius Virginis precinamus in confessione Deo nostro. Ipsum veneremur in Matre, & Matrem honoremus in Filio Virg. vota nostra fideliter exoluamus, quatenus Filium Genitricis interpellante pro nobis vincamus, mundum, diaboli superemus, & in regnum introeamus æternum.* Vniuer, a autem hæc ut facilis consquamur, Tu. ò B. Dei Genitrix. Virgo succunda, cæli porta, & eloquentium spes, pro nobis interuenire digneris. Non te repellit qui na, ei voluit ex te, honoravit te, requirit in te, reg. collocavit apud se qui fecit te Iesus Christus Dominus noster.

Si verum est generaliter illud Sapientis, de Rege. *Roboratur clementia thronus eius:* id maxime verum est Regina nostra Maria, cui in clamamus voce vnanime & publica: *O clemens, ò pia!* Et iterum alibi resonat ecclesia in eundem sensum, *O benigna, ò Regina, ò Maria!* Thronus itaque Mariæ Regine nostre vndique resulet & fulceat clementia, id eoque ad illum accessus & facilis & felix. Sedet & ipsa in Throno & Tribunali, sed omnibus accedentibus extendit Virg. clementia, ne quisquam decedat corde, aut terreatur maiestate, immò verum est de illa, quod Sapientis pronunciat in eius typo de forti muliere, *Lex clementia in lingua eius.* Nihil loquitur nisi de clementia, illa impendit accedentibus ad se, pro illa continuis intercessio. Non solum agit, nihil aliud respicit nisi clementiam. Sicut non potest à Sole lux, ab igne calor: à balsamo & aromatis herbis odor separari: sic nec à Maria clementia, quia ei innata est in violabiliter, & cù dignitate Matris Dei legè & gratia clementia diuinitus accepit, cuius nunquàm potest obliuisci. In oculis illam circūferit, in lingua, in facie, in corde, in pedibus, in manibus. O vere & perfecte clemens Maria!

Olim ad S. Clementem M. quire & nomine vere Clementis erat, refugium habere Christiani in exilio agentes, in Insula Urbis Chersonæ ad secundam marmora condemnati. Cum enim maxima aque penuria laborarent, rogarunt S. Clementem, ut eis clementer providere dignaretur, quia sciebant orationis ipsius apud Deum potestatem. Ipse oratione communi peracta, ostendit eis locum in quo viderat Agnū de sub cuius pede Fons viuus emanabat. In uenit ergo ibi aquam vberitim fluentem, qua sitim explere, & necessitati potuerunt affatim subuenire. Nos in hoc exilio varijs facti laboribus egemus refrigerio, egemus aqua sitim & lassitudinem

Seren de Nativ. Maria.

PROV. 10.

PROV. 31.

tudinem

rudinem subleuante in terra deferta, inuia & inaquosa: ad quem autem refugium habebimus nisi ad Mariam Matrem clementissimam? Tenemus eam, nec dimittimus; aduoluamur eius pedibus supplices, adhareamus cordi; ipsa ostendet nobis *Agnum de sub cuius pede Fons viuus emanat*; ipsa nos efficit dignos promissionibus Christi, ipsa in solitudine & exilio nostro omnem nostram elementer subleuabit penuriam & necessitatem, nosque efficit dignos se clientes, & tandem caelo dignos incolas.

Clemens. Deipara ergo S. Genouesim, Melanus in SS. Belgij 2. Aprilis.

In eundem mihi hic rememorare, quam clementer se in deserto gesserit hæc Virgo clemens erga S. Genouesim Palat. Hæc Ducis Brabantia filia, velut altera Susanna suo tempore emicuit pudicitia & patientia, nec non deuotione erga Dei Genitricem. Cuius interuentu à Sifido Rom Imperij Palatino masculum prolem concepit, antequam is ad barbaras nationes cum magno belliparatu abiret. Abiens coniugem cum omni dominio defendendam tradidit militi fortissimo Goloni. Sed miles primam blanditijs, deinde fidei de mariti morte litteris, denique & alijs molestijs eius pudicitiam exagitant. Nouissimè redeunt viro omnia prospera esse dixit, præter thorum adulterio maculatam. Quare eam cum prole submergendam fugerit. Quod mox maritus ira percitus fieri decreuit. Sed famuli eam in nemore deseruerunt, & pro lingua eius ad Golonem canis linguam attulerunt. Interim velut altera Agar cum prole per solitudinem vagatur, antra habitat lympha & herbis se sustentans ab Ad vocata interim sua Deipara multam consolationem capiens. Per eius patrocinium cerua quædam filiole turgidas mammas exhibebat. Elapsis tandem annis sex & mensibus tribus, maritus inter venandum in die Epiphaniæ, vxoitem cum prole reperit, & ex cicatrice vulneris in Brabantia accepti, alijsque signis eam cum rugitu agnouit. Noluit autem cum marito congressi, nisi sponderet Ecclesiam ibi ædificare Dei Genitrici, quæ eam in tot consenuerat aduersis. Quod citò fecit, & constructam Hidulphus Episcopus consecravit. Superuixit autem, delicata non ferens, in consueta abstinentia, vsque ad proximum diem secundum Aprilis. Cuius anima caelos transcendit, corpus autem in dicto Templo est reconditum. Vbi Deus ob suæ Matris reuerentiam præclara multa operatur. Cæterum Golo à quatuor indomitibus bobus dilaceratus interijt.

& beneuolum. Er apud antiquos *Piare* idem significat quod colere, aut pie amare. Hinc Nazius: *Nemo est qui suos magis pie liberos.* Hinc & illud Ciceronis: *Nō secus in me pius, quam Pater in filio.* Propterea Dominum Iesum Pium sæpe vocat Ecclesia: *Recordare Iesu Pie, quod sum causa tue vite.* Et iterum: *Pie Iesu Domine, dona eis requiem.* Refert Martyrologium Franciscanum de B. Mentia Ord. S. Francisci Sanctimoniali, quod miræ foret deuota imaginis cuiusdam Crucifixi in Monasterio nostræ Domine de Consolatione apud Oppidum Calabazanzæ prope Paletiam. Cum vero magno affectu & seruore apud illam imaginem illud repperet, *Pie Iesu domine,* respondit Christus per illam imaginem: *Bene Pium me vocas, sum etenim; tribus Pium ero.* Quibus verbis Dei erga se dilectionem agnouit, suamque electionem.

Hoc nomen Pius, quod Regi Cæli conuenit primario & eminenter, etiam in Imperatores & Reges sæculi translatum est, vt mox euenit Dei clementiam & pietatem erga subditos in itan. Hinc & Diui etiam nomine sunt honorati; nam frequens est apud veteres hæc nomenclatura, *Diua Augusta, Diuus Augustus.* Recte autem & pulchre hæc de re sic scribit & monet B. Bnodius in Panegyrico Theodoric Regis Italia: *Maior es nostri Deus vocauerunt eos, quibus sceptrum collatum sunt. Rex ergo vocat Diuum vitam agat ex fructu conscientia, nec requirit pompeia vocabula nuda instantia.*

Sed & quibusdam Principibus nomen Prii appropriatum fuit ob eximiam pietatem, tum erga Deum, tum erga Beatam Dei Genitricem.

Ob hæc causam Ludouicus, filius Caroli Magni, Prii cognomen est assecutus, vulgò Ludouicus Pius nuncupatus. Neipè non imperij solum, sed multo magis paternæ pietatis hæres, veterandam Deiparæ Virginis imaginem tanti fecit, vt eam quocumque religiosissime circumferret. In venationibus ad Arborem eam collocaui iubebat, vt e regione positam inter venandum crebro videtur, à tergo relictam subinde respectaret, ad eandem precaturus sæpe recurreret. Idem diuina monitione ad Arboris Truncum noui Templi fundamenta fecit, & Sanctissimæ Virgini nuncupauit. In suburbio quoque Wormatiensi condidit Monasterium, & Matris Matris Cœnobium appellauit; quam incredibiliter sincero adamabat affectu. An non igitur ob hæc omnia meritò cognominatus est Ludouicus Pius?

Sic quoque nostro æuo Albertus Austriae, Belgij Princeps, à perisque dictus est Albertus Pius, ob pietatem eximiam in Deum & Virginem. De quo sic scribit auctor Calendarij Virginei, Iulij decima. tertia. Hic ad B. Virginem Hallensem frequens itabat. Dozum ibi suspendit lampadem argenteam pondere & opere insignem, & vedigal anouum addidit, vt perpetuò ante sacram effluerit luceret. Antequam in Hispaniam proficere ad conuabium cum Screnissima Isabella, Philippo secun-

MANTIG

SECT. XI

O P I A.

Pietas magna sum deus.

Quid sit esse Pium

Clementiæ affinis est pietas erga inferiores, iuxta Magates decet, immò ornat & coronat. De hac vtraque sic Faustina coniugem alloquitur Marcus Antoninus apud Lampridium: *Hæc Casarem Deum fecit, hæc Augustum consecravit, hæc Patrem tuum Pij nomine ornavit.* Pius ergò non solum significat religiosum virum sed & benignum

Martyr. 15. Ian. 4. Genouesim, 2. April. Supplementi. Nomen Pius Prii mariti dicitur. Des. Trifolij purpurei in Imperatore. Regi. Et Prii. Ludouicus Pius deusna erga B. Virginem. Cœnobium. Martij. Albertus Austriae, Belgij Princeps. Pius dicitur in Deum & Virginem.